



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

72. An confessarius Regularis possit approbari cum limitatione adtempus,
ad personas, &c. Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. res. 61.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Tractatus Primus,

50

loci non sunt necessarij p̄lures pro nuncius contrarium in praxi probare difficultissimum erit, atque adeo in praxi non video, quomodo possit utilis esse illa lētentia, cuius assertio aliunde non deferuit, nisi ad irritandos, & acerbando Episcoporum animos contra personas Regulares quæ quo magis excutere à se volunt iugum Episcoporum, hac in parte co magis ab ipsis Episcopis adstringuntur experiri eorum potestatem: Et contra verò, quod magis le Episcopis hac in parte subiiciunt, & offendunt leab illis dependere, eo experiuntur illos magis benignos, & maiori cum libertate, & pace sua ministeria possunt cum maiori proximorum fuetu, ac redificatione exercere. Hucveque Lugo, prudenter quidem, quod etiam ego Regularibus confitulo.

RESOL. LXXII.

An Confessorius Regularis possit approbari cum limitatione, ad tempus ad personas, &c. Ex p. 6. tractat. 7. & Mis. 2. Refol. 61.

Sup. hoc sup. §. 1. N egatuum sententiam mordicus sustinet P. in Ref. 68. §. Probatur, & ait: Postremo de restrictione quod queri potest, leviorē in Ref. 69. §. Episcopus habet disputationem, duabus breueri partibus defensione, & in Ref. 70. 71. & 74. §. Non ad medium, ipse mordicus, & inf. in Ref. 77. §. ex his.

Negatuum sententiam mordicus sustinet P. Cellotius de Hierarch. lib. 5. c. 25. vbi sic probatur, & ait: Postremo de restrictione quod queri potest, leviorē habet disputationem, duabus breueri partibus defensione. Nam si Religiosus de moribus doctrināque rite examinatus non est esse reperitur, qui penitentiae Tribunal pro eius offici digni, exercere valeat, quidni locis, personis que ipsis interdicatur? quidni annua, vel triennalis tantum concedatur approbatio; sistendi feste iterum, & vita laudabilis actæ, aut comparata, maioris scientiæ specimen edendi onere per quam fabri imposito? Quod si virum ponis suis patribus absolutum, cui neque virtus ad exemplum, neque peritia ad animarum regimen desit, qui sit eiusmodi, quales reliquias optare debetas, etiam Parochiali beneficio instructos: huic ego Regulari arctam, & aliqua sui parte luxatam approbationem aio nec debere nec concedi. Est enim, hoc semper animo recollectum, approbatio, non fauor tuus, sed veritas; non gratia, sed testimonium; non arbitrij tui libertas, sed eius meritum. Et si negatur iniuria, si sine causa restringitur ab Episcopo, iam ad Extravag. & Clem. recurritur, & ipso iure ad Summo Pontificem, absolute approbatus censeatur. Ita ille. Cui addit Zambellus in Reper. Mor. ver. Confessor quoad autoritatem, vbi sic ait. Confessor doctus & approbatus ab Ordinario per unum annum, etiam transacto anno, potest audire confessiones, quia remanet approbatus a Papa; & n. 4. ita afferit. Confessor approbatus ab ordinario pro hominibus duntaxat, eo quia etatis sue adhuc non tetigit 40. annum, potest etiam audire confessiones mulierum: quia hæc non est causa rationabilis pro coarctatione sua authoritatis. Ita ille, & alij quos citauit in 3. p. 11. 2. ref. 25. Quibus ad Præpositum in 3. p. de Sacr. p. 9. 8. dub. 3. n. 17.

Quæ hic est 2. Sed ibi ego affirmatiæ sententia adhaesi, & il- sup. Ref. 70. lam nouissimè me citato tenet P. Lugo de pœnit. disp. 21. 1. 3. §. 1. n. 57. vbi ex multis rationibus hoc firmat. Et ideo afferit debere damnari approbationem cum eiusmodi limitationibus ab Episcopis datum, tanquam iniustam, etiam respectu Regularium: possunt enim de facto interuenire vel omnes, vel aliqua ex rationibus adductis, vel aliæ similes, quibus prudenter moveatur Episcopus ad non approbadum absolute, & uniuersaliter, sed cum aliqua limitatione. Nec obstat exemplum illud de Parocho, qui 25. etatis anno approbatur absque villa limitatione. Responderi enim potest maius examen procul dubio debere precedere per se loquendo, circa probitatem & mores Paro-

chi, vt illi committatur animarum cura, & beneficium parochiale, quam regulariter procedat ad probandum Confessor. Vnde non mirū, quod Parocho approbat ad omnium etiam femininarum confessiones, & non Religiosus iuuenis, quem Episcopus non cognovet. Sic etiam Episcopus eligitur 30. etatis anno, atque eo ipso approbat ad ablutiones, & dispensationes grauissimas, quas Pontifex, & Concilii non possent prudenter considerare omnibus Religiosis etiam sexagenariis: quia nimis Episcopi electionem procedit magnum examen circa doctrinam, prudentiam, & mores ipsius; qualem notitiam Pontifex non habet de omnibus Religiosis etiam senibus.

3. Non definam tamen annotare cum eodem P. Lugo: quod quando in particulari circa aliquam personam maxime Religiosam non procederet prædictæ rationes: sed Episcopus habetur notitiam sufficientem, vt cam abque limitatione approbat: non videntur posse abque alia iusta causa opponi euilmodi limitationes. Nam ille habet ius, vt petat approbationem simpliciter, & absolutam prævio examine, cui se offert: ergo si proposita plena notitia, qua de ipso habetur, non potest Episcopus pro solo libito negare approbationem simpliciter, & dare solum semiprobationem: alioquin licet illi pro libito date approbationem pro una hebdomada, vel pro centum personis, que omnia essent in fraude privilegiorum Regularem ut constat. Quando autem sit de facto iusta causa ad apponendas euilmodi limitationes, hoc arbitrio, & conscientia Episcopi reliquimus: dicimus autem sive iuste sive iniuste apponantur, oblevianda omnino esse, quia ille Sacerdos reuera non est approbatus ab Episcopo pro tali tempore, vel ad tales confessiones, quæ approbatio necessaria omnino est ad valorem ablutionis post Concil. Trid.

RESOL. LXXIII.

An Episcopus admittens Regulares ad audiendas confessiones usque ad benedictum possit dicta licentia ad libitum revocare? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 26.

§. 1. A d hanc questionem ita responderet Peirinus Sup. priu. Man. 10. 1. conf. Six. IV. n. 44. Licet cōmuniter, quod ad benedictum conceditur, possit ad libitum concedentis revocari. In subiecta tamem materia, puto, q. d. non possit ad libitum Episcopus licentiam confessiones audiendi ad benedictum datam revocare, sed quod requiritur iusta aliqua causa ad sacramentum penitentiae pertinens. Moueor, nam licentia, quæ datur ab Episcopis Concessariis Regularium ad audiendas Secularium confessiones, non est propriæ licentia, sed approbatio persona, & quasi iusta sententia, seu declaratio, quod talis persona est idonea ad confessiones audiendas, ut patet ex ipsis Concilij verbis, sess. 15. de reform. c. 2. leg. 1. vbi, & approbationem: unde postquam Episcopi iudicauerint, Regulares esse idoneos ministros sacramenti penitentiae, statim Papa illis concedit facultatem d. Sacramentum ministrandi, vt patet ex Clem. dudum, de sept. sed sententia data secundum regulas iustitiae non potest revocari; ergo dicta approbatio facta supponitur, modis debitis, licet non sit ad benedictum, non potest ab Episcopo revocari abque magna causa, & ad dictum Sacramentum pertinente, vñ ait Glossa in Clem. dudum, vox concesserint. Ita Peirinus, sed non desunt alij Doctores contrarium sentientes, quod communiter obseruantur.

RESOL.